



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXXV. Num quæ peccata; quot quantaq[ue] sint irremißibilia pœnitentiæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

nam humana patitur fragilitas. 2. De tali Moyse, Deut. 30. Si ductus poenitudo ne cordis, reuersus fueris ad Dominum in toto corde, & tota anima tua; miserebitur tui. Sic & 3. Reg. 8.

3. Ita Niniuitæ contriti se conuerterunt; & iram Dei auerterunt. Sic plures. Ece a Contrito fieri momento potest: Adeo, Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem.

### LII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERO- CALVINISTÆ negant Contritionem esse causam remissionis peccatorum; et si ad eam afferant esse necessariam: Quin nec eam cum Voto Sacramenti causam tandem.

**C**HISTVS. 1. At verè Ps. 50. Sacrificium, sc. Propitiatorium Deo Spiritus contributus. Teste exemplo Publicani, Zachæi, Matthæi, Petri flentis, & Magdalena, & ex Saule Pauli. Ionæ 3. Vedit Deus opera eorum Niniuitarum: quia conuer- fisiunt de via sua mala & misertus est Deus.

II. Quin contritio voto Sacramenti remissionem operatur. Vnde Ezech. 33. Impietas impi non nocebit ei, in quaunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Ecce, Luc. 15. prodigo reuertenti pater occurrit, osculum pacis offert. Tantum Ps. 31. Dicit: Confitebor aduersum me iniustiam meam: Et tu remisisti impietatem meam.

Nimirum, quia, Prou. 8. Ego diligenter me diligo: Hinc, 1. Pet. 4. Vniuersa delicia operis charitas. Vnde, 1. Ioan. 1. Nos scimus; quia translati sumus de morte ad vitam: Quoniam diligimus fratres. Et qui non diligit, manet in morte.

### QVÆSTIO XXXV.

Num que peccata; quot, quantaque sint irremissibilia Pœniten- tientia?

### LIII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI sub initio Pœnitentiam esse Sacra- mentum negarunt. Dei vel averterunt, & amarunt; sed se a iis cum erroribus.

**C**ALVINISTÆ vero negant prætractè. Vide in Lutherio-c. p. 3. q. 80.

In quo sunt Nouatiani, negantes grandiora sceleris vlla vñquam expiari Pœnitentia posse. Vide ibid. q. 91.

**C**HISTVS. Mea aut Vox euocantis è quibuscumque miserijs est generalis sine excepcione vlla, Mat. 11. Ie- nite ad me omnes, qui laboratis, Sub pecca- tis, & oneratis estis grauamine conscientiarum, & meritarum Iliade pœnali um: & Ego resciac vos. Haec In uitatio est ad peccatores.

2. Promissio item mea ad Petrum constat, Mat. 16. Vniuersalis: Quodcum solueris super terram; solutum erit & in celo. Ad Apostolos, corumque Successores, Mat. 16. QVÆSTVNQVE solueritis super terram, erunt soluta & in celo. Ibidem quo que de NVMERO peccatorum: Non du- usque sepius sed usque septuages septies.

3. Exhibitio Promissi a me facta est Petro, Ioan. 21. Pasee oves meas. A postolis omnibus ipsique S. Sacerdotio: Ioa. 20. Accipite Sp. Sanctum, (simil insufflauit in eos) QVORVM remisit iuris peccata, (sine exceptione) remisentur eis.

4. Exemplis constat idem. Act. 7. Stephanus orauit pro ijs etiam, qui restitu- runt Spiritu sancto. Petrus, Act. 8. etiam Simonem Magum pœnitentia mo- puit. Paulus, 2. Cor. 2. Audierunt

*vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ut v-*  
*xorem patris sui aliquis habeat. Huic tamen*  
*correpto ac pœnitenti condonauit.*

5. His adde repetita altius: In Regibus Israel, quis Achabo scelerior? 3. Reg. 12. In Iuda regno quis peior Manasse? 2. Paral. 33. Pœnitentibus tamen veniam obtigit. Et Iudæ proditori eam obtuli ipse, ac sæpius.

6. Prophetæ vniuersè clamant, ut Ezech. 18. 33. Nolo mortem peccatoris. Sic Isa. 1. 55. Jer. 18. &c. Ioel. 2. OMNIS, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit: at omnis serio contritus inuocat Dominum. Hinc, ibid. Inter vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: generaliter, Parce Domine, parce populo tuo. Quin & Niniuiti, prædicauit Ionas & Rex Iohann. 3. Operiantur fatus homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Et ego Omnes peccatores suscepit; Quin Agnus fuit a sum Dei, qui tollit peccata mundi, quot, quanta, qualiacunque sint.

### QVÆSTIO XXXVI.

*Contritus ex timore poena Seruili, an si bona?*

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.  
LVTHERVS. Seruiliis timor hypocritas facit, au-  
*gerque peccatum.*

LUTHERO-CALVINISTAE vero eam adpro-  
*bant, ut bonam, nobiscum.*

CHRISTVS. 1. Ego multis studui timorem inutere gehennæ per & minas, & increpationes. Mat. 5. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. Sic & Præcursor meus, Mat. 3. Genimina viperarum, quis vobis de-monstravit fugere à venturaria? Sic Psaltes.

7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. &c.*

2. Ut ille timor est: Nam Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: cap. 25. est initium dilectionis eius. Isa. 26. At timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Mat. 1. Si ego Pater vester, ubi est honor meus? Si Dominus, ubi timor meus?

3. Hinc mandaui, Matth. 10. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

4. Hinc eundem timorem inspirat Deum: Rom. 8. Non accepisti Spiritum servitutis iterum in timore: sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum. &c.

### QVÆSTIO XXXVII.

*An si necessaria CONFESSIO de Iure diuino?*

LV. ANTICHRISTIANISMVS.  
LVTHERANI Vtile ac necessariam aiunt; ne-  
*gantque:*

CALVINISTÆ vllam esse necessariam per-  
*negant, cum Montanistis, Nouatianis, Massa-*  
*lianis, &c.*

CHRISTVS. I. Quia nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & vi-  
*uat: Ideoque non veni vocare inflos ad pœn-*  
*sad peccatores: idcirco hi quoque tenen-*  
*tur iure diuino circumspicere sibi re-*  
*conciliationem cum Deo. At huic ne-*  
*cessarium est unicum illud, post baptis-*  
*mum, Confessionis medium Sacerdoti*  
*faciundæ: Quocirca ad hanc tener iuri-*  
*re diuino peccatores necesse est. Atq;*  
*ea causa Iudices constitui Sacerdotes,*  
*lapsorum reconciliatores. Iudicium ve-*  
*rò nequit fieri, aut fingi, sine prævia cau-*  
*ſe cognitione:*

M

Quo-

